



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

23. Februarii. Pete à Deo gratiam, ut multum pætiaris, nam cui hoc tribuit, multum tribuit: in hoc uno plurima ejus benefica continentur. S. Ignat. apud Bart. I 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

ut eam suo sanguine, hoc est, infinito pretio redemptam voluerit; quanto minor nos eam emimus, licet pro eâ totius vitæ curas expendamus!

Una peccati labes æternis ignibus non satis expiatur; cogita ignem, quid acerbius? æternum cogita, quid longius? huius periculo animam totius vitæ laboribus eruere, est æternitatem momentis brevibus emere.

### 23. Februarii.

*Pete à Deo gratiam, ut multum patientiam cui hoc tribuit, multum tribuit; hoc uno plurima ejus beneficia continentur. S. Ignat. apud Bart. l. 4.*

**Q**uanto magis homo exterior patitur, tanto magis interior viget, illius molestiæ hujus augent merita. Rerum temporalium jactura lucrum facit æternum.

Satellitium vitæ patientia est, qui miseriam odit, mundo exeat, quàm diu vivit, ea dulcorare potest, vitare non potest. Velut quoddam numen tutelare miseris, patientia est, non quod tollat, sed quod levet mala.

Ini tecum rationes, & si absque palpaverum fateri velis, quantarum quotidiani

erroribus pœnarum te reum ages? Solven-  
da sunt hæc debita, numquid beneficium  
est, hîc ea potiùs, quàm purgantibus igni-  
bus expiare?

Quanquam estò Angelus, ut impecca-  
bilis fores, optandæ tibi cruces forent, si  
credas æternæ veritati, leve tribulationis  
æternæ gloriæ pondus operaturum.

24. Februarii.

*Debet sana communitas se tueri, & totius  
integritatem maturâ partium corruptas  
rum amputatione conservare, priusquam  
ex iis vitium trahat, quod sanum est.*  
S. Ignat. vitæ l. 3. n. 20.

**M** Ira res! nemo solus vult esse malus.  
Pars in affecto corpore, quidquid  
ubique est vitiosi humoris ad se trahit: sic  
quasi aucto fœdere in corporis totius  
perniciem crescit.

Contagio pestis est communitatum. In  
ea dissimulanda benignum esse, crudelita-  
tis est maximæ. Amputandum est mem-  
brum putridum, ne vicinum afficiat, sic  
que sensim sine sensu cor pervadat, & to-  
tum corpus periculo exponat.

Etiam nolenti sequiora nocent exem-